



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Confessionis generalis, & communionis vsus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

quidem circa cogitationem; deinde circa loqueland, atque operationem; eodem ordine, quo in particulari examine traditum est.

Quartum; poscere veniam de delictis.

Quintum; proponere cum Dei gratia emendationem; & orationem dominicam post dicta omnia recitare. Pater noster.

CONFESSORIS GENE-
ralis, & communionis usus.

*E*X Confessione generali vltro facta, inter alia pleraque, percipiuntur tria hæc emolumenta. Primum: quod tametsi, qui annis singulis saltem confitetur semel, ad generalem huiuscmodi confessionem minimè obligetur; eam tamen facienti ipsi multo plus commodi, & meriti accedit, ob dolorē scilicet de peccatis, &

malitia

malitia vitæ præteritæ, quem ita sentit vehementiorem.

Secundum ; quoniam inspecta, per spiritualem exercitationem, longe quam antea manifestius natura, & malitia peccatorum , tanto amplius commodum ac meritum percepturus est.

Tertium; quia consentaneum est, hominem sic rite confessum , atque dispositum , multo melius se habere ad Eucharistiæ sumptionem , quæ maxime confert, & ad fugam peccati & ad gratiæ receptæ conseruationem , & augmentum.

Porro generalis ista confessio , post hebdomadę primę exercitia potissimum erit opportuna.

* (o) *

PRI-